

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 10 (1916)

Artikel: Rechte und Einkünfte des Bistums Sitten im Anfang des 16. Jahrhunderts

Autor: Imesch, D.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-120997>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 23.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Rechte und Einkünfte des Bistums Sitten im Anfang des 16. Jahrhunderts.

Von D. IMESCH.

Bekanntlich wurde Kardinal Matthäus Schiner im Herbste des Jahres 1517 von Jörg uf der Flüe und seinen Anhängern aus dem Wallis vertrieben und seines Bistums und aller seiner diesbezüglichen Einkünfte beraubt. Gegen diese Gewalttätigkeiten seiner Landsleute rief Schiner den rechtlichen Schutz der Eidgenossen und des Papstes an. Im Verlaufe des Prozesses am römischen Hofe, der mehrere Jahre dauerte, machte der Kardinal oder sein Sachwalter in einem längern Schriftstück genaue Angaben über den Schaden, der ihm aus der Beraubung des Bistums erwachsen. Die Urkunde gibt gleichzeitig ein Bild von den Rechten und Einkünften, die das Bistum Sitten um diese Zeit besaß, sowie von den Privatgütern, die der Kardinal im Wallis inne hatte. Wir geben hier unter Nr. I einen wörtlichen Abdruck dieses Stückes.

Eine teilweise Ergänzung dazu findet sich in einer Eingabe des Bischofs Hildebrand Jost (1613-38) an den Papst mit Hinweis auf die betreffenden Urkunden, die jedenfalls in Abschrift beigelegt waren. Wir lassen, wegen der inneren Beziehungen, dieselbe hier ebenfalls im Wortlaut aber ohne die urkundlichen Beilagen folgen als Nr. II nach einer Kopie von Prof. Dr. Büchi, der bei seinen Forschungen in der Vatikanischen Bibliothek auf dieses interessante Stück gestoßen ist. Bischof Hildebrand führte mit den Zenden einen langwierigen Kampf um die Hoheitsrechte, in dessen Verlauf auch die Tagsatzung eingriff. Auf einer Tagsatzung vom 10.-23. März 1627 stellte der Bischof das

Begehrten, daß man der geistlichen Jurisdiktion nach Inhalt der kanonischen Rechte im ganzen Bistum vollkommenen Gehorsam leiste und daß man den Bischof seinen fürstlichen Befehl nach Inhalt der Freiheiten, Immunitäten, Herkommen, Rechten und Rechtsamen mit ebenmäßiger geistlicher und weltlicher Herrlichkeit, Dignitäten etc. wie die früheren Bischöfe und Herren ausüben lasse. Die Forderungen des Bischofs waren in elf Punkten formuliert. (Vergl. Eidg. Abschiede 5. 2, Nr. 417, S. 496 ff.) Hier dürfte die Veranlassung zur Formulierung der hier folgenden Begehrten liegen (a. a. O. 499), die der Bischof anlässlich seines Besuches in Rom, um dort in eigener Sache vorstellig zu werden (1629 Januar bis Juni), persönlich dem Hl. Stuhl überreicht haben wird. Vgl. über diese Jurisdiktionsstreitigkeiten, die mit einem völligen Verzicht auf die landesherrlichen Rechte endeten (9. Januar 1634): *Sigism. Furrer*, Geschichte von Wallis, I. Bd. Sitten 1850, S. 326–62, und *M. Boccard*, Histoire du Valais, Genève 1844, p. 213–236.

I.

Super liquidatione fructuum et expensarum necnon damnorum ecclesie Sedun. et passorum per rev^{mum} dom. cardinalem Sedun. annotantur sequentia.

Rome in camera apostolica et tempore vacante episopi pro annata ecclesia *Sedun.* in taxa II^m. ducat.¹ sine minutis suffragiis, ergo fructus sunt 4000 ducat.

Si vero ad specificationem specialiorem descendendum erit ultra ordinarios et fixos fructus, redditus et proventus, quos hinc inde in diocesi habet etc., habet quoque possessiones, decimas, vineas, prata, campos et agros, ponantur ubi et quantum.

Preterea episcopus *Sedun.* tamquam episcopus habet et habere consuevit jurisdictionem spiritualem per totam suam diocesim et jus investiendi in beneficiis quibuscumque tam parochialibus quam aliis presbyteros, et inde percipiendi sive primos fructus sive pro sigillo investiturarum et hoc secundum vacationes.

Item similiter circa questores diversos pro sigillo admissionum et

¹ Annaten sind die an die päpstliche Kurie bei Pfrundverteilung zu entrichtende Taxe.

placet secundum qualitatem eorum percipere solet circa centum florenos semel in anno.

Item habet et habere consuevit vicarium et officialem et jurisdictionem tam beneficialium quam matrimonialium et quarumcumque spiritualium personarum et causarum et tam pro locutoriis quam definitivis sententiis taxam condecentem sigilli secundum plus vel minus ; potest ad II^c. libras estimari.

Item habet et habere consuevit, ut jurisdictionem etiam per forum ecclesiasticum pro debitis et causis recuperandis et decidendis judicetur, citentur et censuris moderentur (?). Item monitoriales generales emanare consueverunt super amissis rebus et hoc per sigillum minus et taxa sigilli ad minus ad 300 florenos semel in anno ascendit.

Item habet et habere et constituere consuevit unum judicem generalem in civilibus et prophanis ¹, coram quo plurimum cause rei servande desuper possessionibus et rebus immobilibus ac etiam servitiis, censibus et redditibus perpetuis aguntur, cause precipue passamenta vocata ventilantur ad quatuor dilationes, quelibet XIV dierum, et inde datur possessorium primum et tunc ad annum inclusive declaratur, nemini competere actionem et huius modi. Habet sigillum parvum et magnum vocatum sigillum regalie mense episcopalis, et eo utentes, sive sint clerici, sive laici, omnes exsolvunt parvum quolibet vice. Et in incerto, ad quantum posset ascendere, licet forte ad III lib. suo ordine, maius pro prima vice X solid., pro secunda vice unum lib., ascendit annue ad satis notabilem summam, I^c lib.

Item punitiones pro notoriis incestibus, stupris, adulteriis, prolationibus et aliis huiusmodi ; juxta statuta synodalia *Sed. introducta* fuit super incestibus et stupris XXV lib. et pro fornicatione publica concepta prole vel in judicio convicta lib. III eius monete.

Item consuevit episcopus *Sedunensis* presbyteris, curatis et aliis extra civitatem *Sedun.* existentibus decadentibus morte, non habita prius licentia testandi ab episcopo *Sedunensi*, in bonis presertim eis a progenitoribus non proventis succedere ; et interea quidam sacerdotes vita functi sunt, quorum adversarii sub eo colore bona ceperunt ultra valorem II^c lib., ut dicitur.

Item eps. *Sedunensis* a summitate patrie usque ad montem *Jovis* ²

¹ Über die landesherrlichen Kompetenzen der Bischöfe vgl. *Heusler*, Die Rechtsquellen des Wallis, in Zeitschrift für Schweizer. Recht, Bd. XXIX, S. 292 ff.

² Große St. Bernhard.

et usque *S. Mauritium Agaun.* et *Mensongiacum*¹ inclusive est verus et unicus immediatus princeps et supremus dominus temporalium, ad quem jurisdictio temporalisque alta et bassa, merum et mixtum imperium ac jus regalie quocumque pertinet et habere et hoc uti sive percipere consuevit, fuitque de hoc in possessione vel quasi semper et continue, sicuti et rev^{mus} dominus cardinalis *Sedun.*

Item quod omnes officiales sive judices temporales, tam ballivus in patria *Vallesii* a *Seduno* superius et maiores sive castellani septem desenorum eiusdem patrie *Seduni*, *Syrri*, *Leuce*, *Rarognie*, *Vespie*, *Brige* et de *Conches* jus et potestatem exercendi officium et administrationem justitie, necnon judicii sanguinis percipere solent et debent ab episcopo *Sedun.* tamquam suo principe, cui desuper mox evecti ad officium desuper legitime jurare solent, et ante alios ballivus, qui sicuti nec alii officiales ultra penam III lib. eius monete imponere vel exigere habet potestatem, neque debet, pro quibus tamen III libris idem ballivus episcopo nullam reddit rationem, alii vero judices jurant de eisdem episcopo reddere rationem.

Quicquid autem penarum et bannorum necnon cessionum corporis et eris ascendit, cedit episcopo *Sedunensi* immediate.

Item simile est a *Morgia Contegii*² inferius, quia simile juramentum prestare debet et habet gubernator et solum penas III lib. sortium potest imponere vel exigere et non ultra, majores vel penas, banna sive commissiones bonorum eorum revelare episcopo *Sedunensi*.

Item pro fractura cautionis, pro eliminatione limitum petrarum sive positionum signorum, necnon si quis alium subditus signum fuliginosam invaderet, aut si quis alteri insidiose preoccuparet iter vel stratum regiam, cadit in penam LX lib. et obuli aurei, et plerisque aliis casibus similibus similis pena incurritur, que ad episcopum libere spectat.

Item omnes clame, que fiunt sive in manibus episcopi, sive ballivi, sive gubernatoris aut cuiuscumque alterius judicis a *Seduno* superius vel inferius, que sunt injuriose criminales aut honorem concernentes, si non penam corporalem aut corporis et eris importaverint, sunt LX lib. illius monete et omnes pertinent episcopo.

Item clame, que in manibus episcopi sive officialis aut vicarii aut

¹ Massongex am linken Rhoneufer, unterhalb St. Maurice.

² Die Landesgrenze an der Morge (Morse) bei Conthey (Gundis) unterhalb Sitten.

judicis generalis, sive alicuius sui familiaris fiunt, non concernentes honorem sed alias opus facti aut offense pro aliqua re important tres lib. et pertinent domino episcopo.

Item solent quoque pro exolutione debiti sive defensive prohibendo aut percipiendo, ut tale fiat, addi pena trium lib. et augeri ad sex et novem et transgressio, si immediate a domino episcopo fiat sive per officialem, vicarium aut familiarem, pene tales veniunt — —.

Item si quis pro crimine aliquo adjudicetur morti, preterquam in simplici homicidio et calido, bona talis fisco cedunt mobilia homicide, et si a facie judicis evaserit, sunt episcopi *Sedunensis*; facta vero pace cum amicis, quia perdidit patriam, tunc concordat cum episcopo pro aliqua ad eius gratiam, prestareque habet homagium episcopo domino suo de persona sua; bona furum quoque mobilia et furtum, quod penes se repertum fuerit, cedit principi et III lib. pene quoque, reliqua mobilia cedunt heredibus.

Item et in tota patria superius quam inferius, ubi immediati familiares episcopi pervenerint, alios judices sive in rixis debatis intervenientes, vel aliis huiusmodi, pro quibus pena quoque III lib. incurritur, talis tunc pena domino venit.

Item pro exigentia rerum vel negotiorum sive in spiritualibus sive in prophanis consuevit episcopus inhibendo aliquando maxime in spiritualibus ponere bannum modale, quod est XXV lib. illius monete; in prophanis vero aliquando LX lib., aliquando commissionis honoris et bonorum, aliquando indignationis et penarum fortium, que important commissionem honoris, corporis et eris, aliquando obedientie, que importat semper transgressa penam III lib., aliquando X lib., et quas deinde exigi facere salva eius gratia potest et consuevit.

Que successive posita banna et pene possunt singulis annis ad 1000 ducatos et ultra ascendere.

Item commissions bonorum secundum quod accident ad minus vel plus — —.

Item consuevit eps. *Sedunensis* in bonis bastordorum sine legitimis heredibus decendentium succedere tam in mobilibus quam immobilibus.

Item quia ultra id, quod omnes et singuli patriote sunt veri et immediati subditi episcopi *Sedunensis* in temporalibus etc. sunt et passim in omnibus desenis plurimi feudatarii tam nobiles quam plebei homines ligii habentes homagia et feuda, que possunt committi et cadere in commissum ratione non servationis incrementi et conditionis feudalium, et preterea si huiusmodi bona vel feuda tam in toto quam in parte

contingat alienari vel venditum iri, nisi infra XL dies obtinuerint laudem et consensum domini sui episcopi, ex tunc feudum vel saltim quod de eo alienatum fuerit, cadit in commissum domino, jus autem laudimii et laudis, quod dominus episcopus potest exigere, est tertia pars precii alienate rei, etc. que pariter quotidianie emergunt, ut pro singulis annis ascendat ad 300 lib.

Item excessus quoscumque importantes penas corporis et eris, prout occurrunt, mitius agendo pro arbitrio suo episcopus componere et condonare consuevit.

Item in certis locis patrie, ut puta in valle de *Herens*, necnon in *Vernamesia et Magi*¹ habet ecclesia *Sedunensis* ius, ubi conjugati sive parentes a filiis, sive fratres et sorores a thoro et cibo sive foco ab invicem sint separati, ubi vite cesserint, mobilia per tales relictam domino episcopo pervenient.

Item in locis *Ridde*, *Saxonis* et *Fulliaci*², ubi sic, ut premittitur, fuerint separati non relictis liberis a suo corpore procreatis, omnia bona eorum mobilia sive immobilia cedunt domino ratione servilis eorum conditionis. In *Liddes* et *Burgo S. Petri*³ pariter fit circa mobilia.

Item quia in patria *Vallesii* bona decedentis sine liberis ad suos redeunt, paterna paternis, materna maternis parentibus, si ex tunc deficerent ab alio vel alio stipiti huiusmodi heredes usque ad quartum gradum inclusive, eo tunc episcopus solet succedere.

In *Martigniaco*⁴ fuit castrum sive arx, quam confregerunt rebellēs, damnificarunt ecclesiam in ducatis VI^m, quia et solum plumbum, quod in tecto turris castri erat, valebat VIII^c ducatos vel flor. Ren., utensilia, tectisternia, sclopeta, archabuchse, due machine magne, vasa vini et tapetzia valebant super III^m ducat. etc.

Preterea ibidem ablata sunt ecclesie decima una per *Guillelmi Patricii*⁵ reddebat in anno LXX sextaria vini.

Item bona nobilis de *Cudrea*,⁶ que commissa erant mense episcopalī et eidem adjudicata et incorporata et que habuit in possessione introitum annorum tam vineis, vino, bladis, peccunia ultra centum ducatos.

¹ Vernamiège und Mage unten am Eingange des Eringertales (Val d'Hérens).

² Riddes, Saxon, Fully im Rhonetal oberhalb Martinach.

³ Liddes und Bourg-St-Pierre im Entremont-Tal.

⁴ Martigny (deutsch Martinach), dessen Schloß Ende 1517 zerstört wurde.

⁵ Wilhelm Tavelli, Herr von Granges.

⁶ Pierre de Cudrée.

Item damnificata fuit in quatuor falcatis prati.

Item in jurisdictione et dominio.

Item omnes possessiones, prata, predia, vinee ecclesie *Sedunensis* hinc inde site sunt, et fuerunt destructe, deserte, et excisse vites et inculta dimissa, ut patiatur jacturam in annos futuros V vel VI, et ascendit ultra III^m fl. Ren. desertio, etc.

Item usurparunt adversarii mineralia ¹, que fuerunt et sunt ecclesie *Sedunensis* et per episcopos exulta et perceperunt eadem et sunt juris regalie ecclesie ; perceperunt, ut comperietur, prope XX^m fl. Ren. solum in isto triennio.

Item diu autem et multo tempore ante spolium peractum adeo tumultuationibus et minis se adversarii torserunt et exuberarunt, ut hinc inde tam *Seduni* quam in *Martigniaco* et passim per patriam fuerint agentes rev^mi domini se munire multis hominibus coacti et hoc diutius perdurare adeo, ut infinitos sumptus facere fuerint coacti, qui ad summam X^m. flor. coacti (sic).

Item usurparunt bona rev^mi domini propria, vineas, predia, prata, decimas, campos, redditus apud *Bangies*, primo unam decimam, que solebat reddere 25 saccos frumenti vel siliginis, deinde legumina stramina et alia huiusmodi, item et introitum L fl. illius monete vel circa.

Item XX falcatas prati vel circa et duas domos ac 4 jugera campi et jus alpium, que emerat a nobilibus vocatis de *Poypone*; ascendunt omnia annue ad II^c lib. monete patrie *Vallesii*.

Item fusinam cum omnibus suis pertinentiis, circuitibus, adjacentibus, conductu aquarum, rotarum, fornacium, fabricarum, domorum et instrumentorum, folium et ferramentorum et aliorum instrumentorum, que instrumenta et ferramenta excedunt valorem flor. Ren. XII^c.

Necnon domos duas contiguas cum utensilibus, lectis et pertinentibus, plenas et refectas areas, stabula pratumque circumiacens, XXX falcatarum prati vel circa siti apud *Montagionoca* ² in valle de *Bagnies*, ex quibus fructus L ducat. percipi solent annue, valor utensilium domus excedit III^c ducat., que alienaverunt.

Item apud *Boverniacum* ³ domos novas contiguas et edicia, ferram

¹ Über diese Bergwerke im Bagnes-Tal, welche mit der Eroberung des Unterwallis zufielen, existiert eine reichhaltige, bisher noch nicht benützte Literatur. Zur Orientierung vgl. *Furrer*, Geschichte des Wallis I, 222 ff. 235, und *M. Boccard*, Histoire du Valais, Genève 1844, p. 348-49.

² Montagnier im Bagnetal.

³ Bovernier, bei Martinach.

et foloniam cum pratis et possessionibus occuparunt necnon varia mobilia, precipue ferramentorum destruxerunt et dirruerunt domos et damnificaverunt rev^{mum}. ad VII^c. ducat. et ultra.

Item in *Bransono*¹ XXX fossoratas vinearum, ex quibus ipse II^c. sextaria vini boni colligi solebat, quolibet sextario ad minus 1 testonem valente aliquando et ut plurimum 1 fl. *Sabaudie*.

Item in *Fuliaco* XXX fischillinos tritici valentem quemlibet XIV gross.

Item ibidem LXX fossoratas vinee, ex quibus percipi communibus annis solebant XXIV currus vini, quelibet XII sextariis constans, facit IV^c sextaria vini, quolibet medio fl. Reni ad minus valente.

Item in *Seduno*² IV falcatas maresie³ sive prati paludos, ex quibus circa octo tesias feni colligunt quolibet valente 1 fl. Ren.

Item XIV putatoria vinee in territorio *Synesii*⁴ et ibidem IX putatoria, que fuerunt rev^{di}. patris quondam domini senis⁵, ex quibus percipi solebant circa LXXX sextaria, quolibet valente II testones.

Item domum, que quondam fuerat domini senis cum viridario, sitam in civitate *Sedunensi*; poterant haberi fructus VI lib.

Item supra *Sedunum*, ubi itur versus *Grimisuam*, unam vineam XII putatoriorum.

Item in valle *Balneorum*⁶ tres domos cum utensilibus et lectis LXX ornatis, vasis stagnais, ferreis, ereis et aliis refectas tapetiis cum reliquis edificiis, ex quibus fructus annus pro advenientibus balneantibus petant, ad minus centum ducat. percipi solebant.

Item salvo, quod multa mobilia sunt deperdita, tamen poterant valere illa mobilia insimul 1000 ducat. et ultra.

Item et balnea omnia et fructum annum 2 ducatorum usurparunt.

Item et XII falcatas prati ac pascua, ex quibus 2 fl. sive lib. percipi poterant.

Item et damna in subtractis juribus et instrumentis, privilegiis et documentis ecclesie *Sedunensis* taxat ad X^m ducat.

(Ohne Datum und Unterschrift.)

¹ Branson, Gemeinde Fully.

² Sitten, französisch Sion.

³ mareschia, mariscus nach Du Cange = palus, französisch marés.

⁴ Signèse, Gemeinde Ayent.

⁵ Bf. Niklaus Schiner.

⁶ Leuk-Bad, frz. Loèche-les-Bains.

II.

Sedunensium Jurisdictio (1629).

Habet etiam in signum principatus prelationem gladii¹, cuius possessio probatur antiquitate, usu et exercitio quotidiano, presertim ex donationibus *Caroli* primi imperatoris et confirmatione *Caroli V.*² Quae donatio, sicut prius fuerat *S. Theodulo* a b. *Carolo* primo imperatore sibi pro beneficiis acceptis facta ita a *Carolo V.* liberalissime confirmata. *Vallesiani* considerantes hujusmodi donationem facere eos subditos dicte *Ecclesie*, eam ante dicti rev^mi electionem malitiose et indebite cancellarunt et adulterarunt.³

Habet hic princeps jus cudende monete, de quo nullo modo potest controverti, cum habeat sex monetas predecessorum episcoporum et instrumentum de anno 1274.⁴

Potest et donat vitam ultimo suppicio plectendis, nec potest fieri nisi ipse viderit processum, et de hoc pleni sunt libri et regis tra notariorum.

Convocat consilia seu dietas, et de hoc pleni sunt codices.

Habet jus rivagii, quod nullus in ripis fluminum absque licentia domini edificare potest, ut ex *Carolina* et aliis documentis (constat), sicut jus piscandi; quod enim capitur in *Rhodano* certis diēbus, fit episcopi, ut ex eadem *Carolina* et aliis documentis (constat).

Bona vacantia spectant ad mensam episcopalem statuto patriae, usu et consuetudine.

¹ Vgl. die Wappenscheibe Josts von Silenen im Schweizer. Landesmuseum, abgebildet bei *Wilh. Ehrenzeller*, Die Feldzüge der Walliser ins Eschental, Zürich 1912.

² Über diese angebliche Schenkung Karls I. vgl. *Furrer*, Geschichte des Wallis I, 34 ff. und *Hoppeler*, Beiträge zur Geschichte des Wallis im Mittelalter, Zürich 1897, S. 144 ff. Die Bestätigung durch Karl V., Worms 28. Februar 1521, im Liber inscriptus generalis f. 28. St.-A. Sitten.

³ Hinweis im Anhang auf die Urkunde Kaiser Karls IV. vom 29. Mai 1354. Dieselbe ist abgedruckt bei *J. Gremaud*, Documents relatifs à l'histoire du Valais. Tom. II, Nr. 818, p. 219/20, in Mémoires et Documents, publiés par la Société d'histoire de la Suisse romande, tom. XXX.

⁴ Im Anhang Hinweis auf den Reversbrief des Grafen Philipp von Savoyen zu Gunsten der Kirche von Sitten, vom 7. Mai 1274, abgedruckt bei *Gremaud*, Documents relatifs à l'histoire du Valais, T. I, N° 520, p. 412–13 in Mémoires et Documents, t. XXIX.

Item bona illegitimorum sine liberis decedentium.¹

Legitimat filios naturales, de quo etiam pleni sunt codices et protocolla notariorum.

Habet auctoritatem creandi notarios, usu et exercitio quotidiano jam inveterato, de quo libri et codices notariorum sunt pleni.

Ultra praedicta habet potestatem creandi judices in tota *Vallesia* ut ballivum, judicem in temporalibus² et alios judices ecclesiasticos tam in temporalibus quam spiritualibus, sicut alios judices in particularibus desenis.³

Nec *Vallesiani* negare poterunt se esse subditos episcopi tam in temporalibus quam spiritualibus, ut per dictas donationes *Caroli* primi et *Caroli V* tum etiam ex transactionibus inter eos initis de aº 1483 his verbis (constat):⁴ Quemadmodum per easdem civitates fieri minime diffidimus, ut bonos et fideles Ecclesiae nostrae subditos et summo dº nostro prefato.

Nec etiam negare donationem *Caroli Magni* ecclesie *Sedunensi* factam fuisse, cum eam laudarint, approbarint, ratificarint tempore *Eugenii IV*. aº 1437 episcopo *Sedunensi* electo *Guilelmo de Raronia*, nempe vicedominus, ballivus, caeteri majores, castellani, officiarii, ambasiatores et nuntii omnium communitatum *Vallesii* vigore litterarum dicti summi pontificis et dictorum imperatorum omnium desenorum nominibus oboedientiam et submissionem eidem episcopo prestando, ut patet summario Nr. 6.⁵ Quae oboedientia hactenus etiam hujus episcopi tempore fuit prestita et observata.

His ita firmatis et per ipsos *Vallesianos* cognitis et in confessum habitis nihilominus jam sunt anni centum et ultra, quod *Vallesiani* semper usurpatione, dolo et quocunque illico modo hoc vel illud de juribus ecclesiae *Sedunensis* sibi vindicare studuerunt. Et quia per

¹ Im Anhang Hinweis auf die Vereinbarung zwischen Bischof Guichard von Tavel und den Leuten der Pfarreien Mörel, Ernen und Goms, vom 4. Jan. 1362, a. a. O. № 2017, p. 119–24 (Mém. et Doc. XXXIII.)

² Im Anhang Hinweis auf die Urkunden des Administrators Andreas de Gualdo vom 17. Juni 1422 und 5. Dez. 1429, a. a. O. VII, № 2722, 2803, p. 357–60, 566–68 (MDSR, XXXVIII).

³ Im Anhang dazu Hinweis auf weitere Aktenstücke teils im Wortlaut, teils im Regest.

⁴ Transactio inter episcopum Sedunensem et VII desenos patriae Vallesii super patria inferiori vom 28. Februar 1483, abgedr. in Gallia christiana XII, 454.

⁵ Bestätigung der Wahl Wilhelms von Raron durch die VII Zender unterm 29. Aug. 1437 bei J. Gremaud, Doc. du Valais VIII, № 2889, p. 136–38 (MDSR. XXXIX).

ipsos distracta, alienata, usurpata et attentata debent ad primaevam et juridicam reintegrationem et revocationem reduci, ideo hic subjiciam gravamina et prius de temporalibus :

Aº 1470 *Waltherus*, episcopus *Sedunensis*, quo tempore *inferior Vallesia* recuperata fuit, erat possessor omnium iurium, regalium, jurisdictionum directi dominii, alti et bassi, cum perceptione omnium censuum et reddituum, ut latius summario Nr. 7.¹ Mortuo dicto *Walthero* et succedente *Jodoco de Sillinon* de aº 1483 procurant *Vallesiani* sibi solvi certa tributa, quae veniunt tollendo. Nam sine consensu et permisso summi pontificis illa fieri non poterant, sicuti nec etiam alia, quae idem episcopus de *Sillinon* aº 1490 (reservata tamen sibi jurisdictione alta et bassa) quotannis eisdem *Vallesianis* concessit.²

Aº 1517 VII desenorum consules et communitates unanimi voto et consensu stabiliverunt et, (ut textus sonat) in perpetuam rei memoriam sequentes articulos in suo robore permansuros ad pacem stabi-liendam et futuris incommidis praeveniendum pro publica commoditate conclusere per modum sequentem.³

Es folgen die achtzehn Artikel aus dem Deutschen ins Lateinische übersetzt, wozu 1613 einige neue und 1627 noch weitere dreißig hinzukommen, die ebenfalls angeführt sind.⁴ Am Schluß sind die noch geltenden bischöflichen Rechte zusammengefaßt.

¹ Bischof Walther Supersax regierte 1457–82; die Erwerbung des Unterwallis geschah im November 1475.

² Gemeint ist vermutlich die Kapitulation des Bischofs Jost von Silenen vom 18. Mai 1487 abgedruckt bei *Heusler*, Walliser Rechtsquellen in Zeitschrift für Schweizer. Recht XXIX, 292, Nr. 20.

³ Vgl. den Landfrieden von Sitten vom 12. Sept. 1517, abgedr. bei D. Imesch, Walliser Abschiede I. Bd. Brig 1916. Nr. 108, S. 378–384, (wird demnächst erscheinen) und Regest bei *Heusler*, Rechtsquellen des Kantons Wallis, Zeitschrift f. Schweiz. Rechtsgeschichte XX, Nr. 34, S. 48.

⁴ Über die Artikel der VII Zenden vom 7.–16. Oktober 1613 vgl. *Furrer*, Geschichte des Wallis I, 324, über jene vom 10.–23 März 1627 ebenda S. 349, und Eidg. Abschiede V. 2. Nr. 417, S. 496 ff.

